



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, Vtrum gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratis datam &
gratum facientem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

actus secundus, ut patet: gloria autem & gratia actus primus: ac per hoc illa est propria potentia, ista communis essentia, & potentia secundum diuersa.

¶ Ad secundum, negatur absumptum. Nam gratia licet perficiat ad actum meritum, non tamen tantum ad hoc, nec primo ad hoc, quoniam gratia primo perficit ad dei formam, ad participationem diuinae naturae, iuxta illud Iud. 1. Pet. 2. diuinae naturae consortes: ad actum autem meritum secundario. Vnde infans per gratiam regeneratur in filios Dei, habentes primum & principalem effectum gratiae & caritatis secundario, sicut patet.

¶ Ad tertium dicendum, quod anima est subiectum gratiae secundum quod est in specie intellectualis, uel rationalis naturae: non autem constituitur anima in specie per aliquam potentiam, cum potentiae sint proprietates naturales animae speciem consequentes. Et ideo anima secundum suam essentiam differt specie ab aliis animalibus, sicut brutis animalibus, & plantarum. Et propter hoc non sequitur, si essentia humanae animae sit subiectum gratiae, quod quaelibet anima possit esse gratiae subiectum: hoc enim conuenit essentiae animae inquantum est talis speciei.

¶ Ad quartum dicendum, quod cum potentiae animae sint naturales proprietates speciem consequentes, anima non potest sine his esse. Dato autem quod sine his esset, adhuc tamen anima didiceretur secundum speciem suam intellectuales, uel rationalis: non sed propter speciem talis essentiae, ex qua naturae sunt huiusmodi potentiae effluere.

QVAESTIO CXI.

De diuisione gratiae, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de diuisione gratiae. Et circa hoc quaeruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum conuenienter diuidatur gratia per gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem.

¶ Secundo, de diuisione gratiae gratum facientis per operantem, & cooperantem.

¶ Tertio, de diuisione eiusdem per gratiam praeuientem, & subsequenter.

¶ Quarto, de diuisione gratiae gratis datae.

¶ Quinto, de comparatione gratiae gratum facientis, & gratis datae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod gratia non conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam

& actum est in potentia illa, distinguenda est: quoniam dupliciter hoc contingit, scilicet primo, & secundo. Et dicitur, quod gratia primo perficitur ad esse, & non primo ad operari, & propterea non ad obiectum. Nec ad actum primo perficit, sed secundario: facit enim primo hominem filium Dei, & consequenter potenter

mereri uitam aeternam. Sequela ergo negatur: quoniam non tenet nisi de habitu primo perficiente ad actum, & obiectum. ¶ Ad confirmationem ex Anselmo dicitur, quod Anselmus potest uerificari de iustitia actuali pro quanto omnis operatio bona est in uoluntate secundum aliquid, pura uolitionem: sed quantum ad iustitiam habituales lato uocabulo accipitur iustitiam, falsum est quod dicitur.

¶ Ad quartum, negatur quod omnis habitus sit subiectus in aliqua potentia. Et ad probationem, quia opus habentis reddit bonum, dicitur quod reddere opus habentis bonum, contingit dupliciter, scilicet primo, & ex consequenti. Et quod habitus, qui ad hoc primo est, ut opus habentis reddat bonum in potentia aliqua, est cuius est opus: gratia autem non propter opus est primo, sed secundario, principaliter enim est propter esse confortem diuinae naturae, quod est prius omni uirtute: & ideo est in subiecto priore quacunque potentia, ut proportionaliter forma respondeat materia.

¶ 2. Praeterea. Quaecunque non datur ex meritis praecedentibus, datur gratis: sed etiam ipsum bonum natura datur homini absque merito praecedenti, quia natura praesupponitur ad meritum, ergo ipsa natura est etiam gratis data a Deo. natura autem diuiditur contra gratiam. Incouenienter igitur hoc, quod est gratis datum, ponitur ut gratiae differentia: quia inuenitur etiam extra gratiae genus.

¶ 3. Praeterea. Omnis diuisio debet esse per opposita: sed etiam ipsa gratia gratum faciens per quam iustificamur, gratis nobis a Deo conceditur, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, ergo gratia gratum faciens non debet diuidi contra gratiam gratis datam. SED CONTRA est, quod Apostolus utrunque attribuit gratiae, scilicet & gratum facere, & esse gratis datum. Dicit enim quantum ad primum ad Ephes. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Quantum uero ad secundum dicitur ad Roman. 2. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. potest ergo distinguere gratia, quae uel habet unum tantum, uel utrunque.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut Apostolus dicit ad Roman. 13. Quae a Deo sunt ordinata sunt. In hoc autem ordo rerum consistit, quod quaedam per alia in Deum reducuntur, ut Dionysius dicit in libro caele. Hierar. * Cum igitur gratia ad hoc ordinatur, ut homo reducat in Deum, ordine quodam hoc agitur, ut scilicet quidam per alios in Deum reducantur. Secundum hoc igitur duplex est gratia. Vna quidem per quam ipse homo Deo coniungitur, quae uocatur gratia gratum faciens. Alia uero per quam unus homo cooperatur alteri ad hoc, quod ad Deum reducat. Huiusmodi autem donum uocatur gratia gratis data: quia supra facultatem naturae, & supra meritum personae homini conceditur. Sed quia non datur ad hoc, ut homo ipse per eam iustificetur, sed potius ut ad iustificationem alterius cooperetur: ideo non uocatur gratum faciens. Et de hac dicit Apostolus ad Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem, scilicet aliorum.

Ad

AD PRIMUM ergo dicendum, quod gratia non dicitur facere gratum effectum, sed formaliter, scilicet quia per hanc homo iustificatur, & dignus efficitur vocari Deo gratus, secundum quod dicitur ad Col. 1. Dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine.

AD SECUNDUM dicendum, quod gratia secundum quod gratis datur, excludit rationem debiti. Potest autem intelligi duplex debitum. Vnum quidem ex merito proveniens, quod refertur ad personam, cuius est agere meritoria opera, secundum illud ad Roman. 4. ei qui operatur, merces imputatur secundum debitum, non secundum gratiam. Aliud est debitum secundum conditionem naturae, puta, si dicamus debitum esse homini quod habeat rationem, & alia quae ad humanam pertinent naturam. Neutro autem modo dicitur debitum propter hoc, quod Deus creaturae obligetur, sed potius in quantum creatura debet subiacere Deo, ut in ea divina ordinatio impleatur: quae quidem est, ut talis natura tales conditiones, vel proprietates habeat, & quod talia operas talia consequatur. Dona igitur naturalia carent primo debito, non autem carent secundo debito: sed dona supernaturalia utroque debito carent, & ideo specialis sibi nomen gratiae vendicant.

AD TERTIUM dicendum, quod gratia gratum faciens addit aliquid supra rationem gratiae gratis datae, quod etiam ad rationem gratiae pertinet, quia scilicet hominem gratum facit Deo: & ideo gratia gratis data, quae hoc non facit, retinet sibi nomen commune, sicut in pluribus aliis contingit. Et sic operantur duae partes diuisionis, sicut gratum faciens, & non faciens gratum.

¶ Super questionis 111. Articulum secundum.

ARTICVLVS II.

Utrum gratia conuenienter diuidatur per operantem, & cooperantem.

IN articulo 2. q. 111. omissio primo, dubium occurrit circa differentiam inter gratiam operantem, & cooperantem pro

gratia Dei motione sumptam. ImPLICANTUR siquidem duo contraria simul. Nam assignando differentiam dicitur, quod operans dicitur, quando mens nostra tantum: cooperans uero quando mens nostra se habet ut mouens, & mota, applicando autem ad actus nostros subiungitur, quod cum mouemur ad velle, est gratia operans, cum uero mouemur ad exteriorius opus, est gratia cooperans. Constat autem, quod ad uoluntas se habet non ut mota tantum: nam uelle a uoluntate est, & in uoluntate, alioquin non esset liberum.

¶ Et confirmatur, quia mouere ad uel-

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod gratia inconuenienter diuidatur per operantem, & cooperantem. Gratia enim accidens quoddam est, ut supra dictum est: sed accidens non potest agere in subiectum ergo nulla gratia debet dici operans.

¶ 2. Præter. Si gratia aliquid operetur in nobis, maxime operatur in nobis iustificationem: sed hoc non sola gratia operatur in nobis. dicit enim Aug. super illud Ioan. 14. *Opera quae ego facio, & ipse faciet. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. ergo nulla gratia debet dici simpliciter operans.

¶ 3. Præter. Cooperari alicui, uideatur pertinere ad interiorius agens, non autem ad principalius: sed gratia principalis operatur in nobis, quam liberum arbitrium secundum illud Roma. 8. Non est currentis neque uolentis, sed miserentis Dei. ergo gratia non debet dici cooperans.

¶ 4. Præter. Inuisio debet dari per opposita: sed operari & cooperari non sunt opposita: idem enim potest operari, & cooperari. ergo i-

conuenienter diuiditur gratia per operantem, & cooperantem.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro de gratia & libero arbitrio. * Cooperatio Deum in nobis perficit, quod operando incipit: quia ipse ut uelimus, operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens: sed operationes Dei, qui bus mouet nos ad bonum, ad gratiam pertinent. ergo conuenienter gratia diuiditur per operantem & cooperantem.

RESPON. Dicendum, quod si cut supra dictum est, gratia dupliciter potest intelligi. Vno modo diuinum auxilium, quo nos mouet ad bene uolendum & agendum. Alio modo habituale donum nobis diuinitus inditum. Vtroque autem modo gratia dicta conuenienter diuiditur per operantem, & cooperantem. Operatio enim alicuius effectus non attribuitur mobili, sed mouenti. In illo ergo effectu, in quo mens nostra est mota & non mouens, solus autem Deus mouens, operatio Deo attribuitur, & secundum hoc dicitur gratia operans. In illo autem effectu, in quo mens nostra & mouens & mouetur, operatio non solum attribuitur Deo, sed etiam animae, & secundum hoc dicitur gratia cooperans. Est autem in nobis duplex actus. Primus quidem interior uoluntatis: & quantum ad istum actum uoluntas se habet ut mota, Deus autem ut mouens, & praesertim cum uoluntas incipit bonum uelle, quae prius malum uolebat. Et ideo secundum quod Deus mouet humanam mentem ad hunc actum, dicitur gratia operans.

¶ Alius autem actus est exterior, qui cum a uoluntate imperetur, ut supra habitum est, consequens est, quod ad hunc actum operatio attribuitur uoluntati. Et quia etiam ad hunc actum Deus nos adiuuat & interiorius confirmando uoluntatem, ut ad actum perueniat, & exteriorius facultatem operandi praebendo, respectu homini actus dicitur gratia cooperans. Unde post praemissa uerba subdit Augustinus. * Ut autem uelimus, operatur: cum autem uolumus, ut perficiamus nobis cooperatur. Si igitur gratia accipiat pro gratuita Dei motione, qua mouet nos ad bonum meritum, conuenienter diuiditur gratia per operantem & cooperantem. Si uero accipiat gratia pro habituali dono, sic est duplex gratiae effectus, sicut & cuiuslibet alterius forme: quorum primus est

D. 431.

¶ 110. art. 2.

Colligitur ex tract. 72. in Ioan. post medium, to. 9. & de uer. apostoli. serm. 15.

le, ubi... quoniam... pater... uno... ad hoc... spectat... opera... ad hoc... ta cal... rucul... ton... non o... citus... imper... dem... de act... merito... extra... citur... litera... gratia... Dei n... moue... merito... tio a... qui de... rio, i... ceter... luntat... bonum... saluet... & ut... quicqu... cta in... etiam... fesse d... ter act... merito... gratia... si don... gratia... Dei me... mo me... tur gra... ti, fecit... peranti... tam ex... tur, quo... que ope... ratione... nimerit... uero co... bet rati... darii, e... ne bon... tiam ad... constitui... in statu... conseq... intentio... dicere, q... luntat... bonum... ut moue... ex praec... uel actu... cta in act... uet se ad... bonum... luntat... dicitur ta... temque a... tenoris o... facultati... luntat se... cedenti in... torum d... tuita Dei... cedit ex... binialis... res, prop... luntat au...